

principio quæstionis, tenet Nicol. Garcia de benef. d. 9. part. cap. 2. num. 206. prope finem, eandem esse opinionem comprobat Gonzalez d. gloss. 9. in annot. num. 183. qui pariter potest intelligi in Parochialibus, tum quia se refert ad gloss. num. 115. ubi de his loquitur, tum etiam ex ratione modò tradita à nobis, & in hoc casu commodius erit, tertium genus violentiae concedere, nempe; reponendo attentata, & admittendo oppositorum, vim nullam esse; sin minus ita fiat, vim esse deferendum, ac reponendum.

Et pro perfectione hujus materiæ circa illud, quod in secunda conclusione superius tradita, qua firmavimus nos appellacionem interpositam in beneficiorum simplicium provisione, in contradictorio judicio & judicia-

275 liter per sententiam diffinitivam facta; habere utrumque effectum: nunc querere liber, an consuetudo in aliqua Ecclesia vigens, possit contrarium operari, ita ut debeat sustineri. Hanc quæstionem latè tractarunt Lancelot. Robert. de attenta. 2. part. cap. 12. limit. 48. Gonzalez suprà à numero 211. Perez Lara de anniver. & cap. lib. 2. c. 11. num. 13. Rota decis. 1155. 3. p. libr. 10. divers. Nicol. Garcia de benef. 9 part. c. 4. à n. 27. resolventes unanimiter, hujusmodi consuetudinem exercendi sententias virtute earum, & mittendi in postfessionem Capellaniæ, seu cuiusvis alterius beneficii simplicis, illos, in quorum favorem latè sint, esse omnino validam, & tolerabilem, quam revera & de ea legitimè constituerit; quia tunc cessant attentata, & ita fuisse decimus in Rota, in una Pamplon. Parochiali 16. Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, testatur Gonzal. suprà, & in alia Compostellana, de qua Garcia d. n. 19. cùm sat sit talis consuetudo laudabilis ad evitandum præjudicium, imminens Ecclesiæ periculum ex diurna vacatione, cap. si Apostolica 35. de probend. lib. 6. cap. quam sit 6. c. u. circa 4. de electione lib. 6. cap. nuper defectu cùm inter universas 276 de electione in decr. cap. postquam 50. distin. nam res publica lèditur, si diu beneficia vacant. Joan. Monach. in c. 1. n. 25. de concessione probenda, & ideo si pro hujusmodi appellacionis delatione Curia Regia audeatur, si ex actis apparuerit de hujusmodi consuetudine exercendi sententias, vim nullam adesse; declarabitur, alios DD. citavimus in proposito hac 2. p. c. 8. num. fin.

277 Pariter & idem dicendum est, & probandum in statuto seu constitutione Synodali, disponente hujusmodi diffinitivas sententias executioni mandandas, ut Lancelot. de attenta 2. p. cap. 12. limit. 48. num. 7. Hieronym. Gonzalez suprà n. 213. Nicolaus Garcia d. c. 2. num. 30. & plures ita sensisse Rotam, cujus decisiones referunt: testanturque iphi, dummodo talis constitutio Synodalis, seu statutum foret autoritate Apostolica confirmatum, seu confirmata, aut longo tempore observata, ut probat Gonz. ibi num. 214. & seq. quidquid censeat Garcia d. num. 31. ad fin.

278 Qui tamen in hoc libenter convenient, ut statuti, vel constitutionis dispositio debeat esse clara, non dubia, nec turbida, sed clarè disponeas ex Rota decisione 279 ibi per eos; sufficit tamen si sublata fuerit appellatio per verba æquipollentia, ut pura, quod denegetur auctoritate in agendo, & deferendo, de quo nos hac 2. p. 288 cap. 8. per totum, vel quod sit remota contradicatio, & omnis querela, ut post Bald. Franchum, Decim, & alios, concludit Lancel. de attenta 2. p. c. 12. limit. 8. n. 4.

289 & 5. vel si dixerit, quod sententia lata executioni mandetur, quamvis non declaret appellacione remota, Ias. conf. 187. circa primum sub n. 2. ad medium, versimiliter lib. 1. Lancel. d. 2. p. cap. 12. limit. 53. n. 63. an autem hujusmodi Synodalis constitutio, seu statutum clara dicentur, si disponant per dictiōnēm (statim) vide latè per Gonz. d. 216. & seqq. ubi cum Rota & rationibus ibi negatiū resolvit, de quo nos alibi, ubi quid verius sit, diximus 3. p. cap. 7. à n. 39. cum seqq.

Hujus etiam fariñæ est, an appellatione pendente 281 ab hujusmodi sententiis diffinitivis, latis in provisione beneficiorum, & Capellaniarum, dicetur attentata executio, & postfessio, & cetera postmodum gesta, quando fundator Capellaniæ, & beneficii removisset appellationem, in fundatione. Et dico quod non, quia fundatoris dispositioni omnimodo est standum, ut scilicet, non obstante appellatione, sententia lata exequatur absque reatu violentiae, ita in terminis resolvit Lancelot. de attenta 2. part. c. 12. limit. 8. n. 7. quem sequuntur Gonzalez d. gloss. 9. n. 216. & Garcia n. 31. ad fin. 283 nam fundator beneficij in fundatione potest apponere qualcumque voluerit leges, & conditiones: cap. preterea el 2. de jure patron. cap. quanto de censibus, & Trid. sess. 25. de reformat. c. 5. & sess. 22. c. 9. de reformation. Rota decision. 2. de testam. in antiqu. Rochus de Corte de jure pat. verbo pro eo quod, n. 25. & sed, Rota decis. 1. de probend. in novis. Joan. Gut. conf. 1. nn. 2. & conf. 2. n. 1. bene Navarr. in conf. 8. de proben. incipit, Ecclesia collegiata. Caputq. decis. 290. part. 2. Lambert. de jure patron. lib. 1. q. 6. prin. a n. 49. & per totam.

Illud tandem ad materiam hujus capituli restat scire, 284 an per appellacionem emissam ab actibus extrajudicibus, negotium fiat judiciale, & litigiosum, vel quando post ejus interpositionem litis pendientia inducatur; & facit difficultas, quia cùm per appellacionis interpositionem non inchoatur processus, nec super appellacionem, sed est quoddam preparatorium ad illum, Bartol. post glossam in l. invit. 2. colum. in princ. versiculo opponi 3. Cod. de procura. Bertach. verbo appellatio 285 dicitur sub num. 10. ad medium, in d. & ipsa commissio, & scripti imperatio, est actus extrajudicallis, Rota decisione 6. sub num. 2. versiculo & quia scripti imperatio non est actus judicialis, sed extrajudicallis. Felin. post alios in cap. quoniam contra sub num. 8. de 286 probacionibus, item nec datio Apostolorum est actus judicialis. Rota decis. 82. & decis. 88. de appellatio. antiqu. Hieronym. Gonz. de mens. altern. gloss. 9. in annot. num. 22. & 23. Hinc est ut in difficultate proposita varia sint, contraria, atque diverse opinione, quas ad longum vide poteris per Lancel. Robert. de attenta 2. p. cap. 4. lite pend. in prefatione n. 187. usque ad n. 107. ubi quinque ad id refert opiniones. Illud tamen est apud omnes indubitatum, ut per appellacionem extrajudicalem impetracionem rescripti seu commissionis, & citationem ejus virtute legitime exequatam, lis dicatur pendere, & res effici litigiosa, desinatque actus extrajudicialis esse, ut & hæc etiam deduces ex his, quæ latè ipse Lancelot. post alios loco proximè citato à num. 28. cum pluribus seqq.

Adverte denique, quod cùm actus extrajudicialis 288 non dicatur lis introducta, nec pendere, ut norant communiter Doctores in cap. de electione lib. 6. Lamber. de jur. par. lib. 2. p. 2. q. 2. princ. art. 3. nn. 3. & per totum, & art. 6. n. 3. Lancel. Robert. de attenta 2. p. c. 4. in prefatione n. 275. post alios quos ipse allegat, & nos etiam diximus supra ad princ. hujus capituli, sic nec actus extrajudicialis, vel declaratio interrupit præscriptionem regulæ de triennali, Puteus decisione 174. num. 4. & 5. nec ullam aliam præscriptionem interrupit denuntiatio, aut protestatio extrajudicialis, l. alienam, ff. pro emptore, cap. nihil de præscriptio. ubi latè Felin. n. 5. & idem Felin. in cap. illud sub n. 17. versiculo decimaquinta conclusio eodem titulo de præscription. Franciscus Bald. in tractatu de præscriptio. 3. part. 6. part. princ. quæst. 4. nn. 18. & 19. cum sequentibus, ubi multis aliis modis declarat Gonzalez suprà num. 33. & 34. ex quo ego dum ali- 291 quando in hoc tribunal dubitatum fuisset, an decre- tum ordinarium, quo utuntur supremi ejus auditores in admidenda y illata, sive in personis secularibus, sive Ecclesiasticis, sive in profanis, sive in spiritualibus, & Religiosis, ut videre est de ejus natura apud Rodriq.

de annuis redd. lib. 2. cap. 17. cuius & mirificum, & longum libellum confecit doctissimus, & prudentissimus Lincent. Alvarus de Paz de Quinones meritisimus olim hujus Regalis, & supremæ Curia Senator amplissimus postea in Vallisoletana Cancellaria Auditor, vel dum ipsius cognitio pendet, interrumpt præscriptionem; respondi interrogatus, quod non, ex proximè dictis, juncto eo, quod in præfato secreto non proceditur judicialiter, sed extrajudicitaliter, per modum extraordinariæ, & extrajudicitalis defensionis, ut per Rod. suprà, & Doctores ab eo citatos, & est notissimum apud nos, & maximè quia hoc decretum nullum gerit præjudicium, nec quod possessionem, nec quod proprietatem, ut ex ejus conceptione, detegitur ibi, censita de no le mulestar, &c. sive per inyizio & de su derecho, assi in possession como en propiedad, & hoc jure utimur. Hactenus de actibus extrajudicibus, alios autem nonnullus poteris videre in duobus his proximis sequentibus capitibus.

292 Unum tamen obiter est notandum, quod ut memorabile mirum in modum intulit, & exclamat Marant. & Vestrius statim citandi, quod in causis beneficialibus appellatio extrajudicitalis vim citationis habet, adeò ut appellatus comparere tenetur coram judge ad quem, absque alia aliqua citatione, alias in ejus contumacia procedi poterit, in quo & non paucos decipi, spectantes, & imputantes iterum citari debere, ideoque in judicio sui copiam facere neglecti, lis absque contradicente agitur, facileque appellans obtinet, sive plures se in Romana Curia decisum vidisse, testatur ipse Maranta in praxi 6. part. princ. versiculo & quandoque appellatur nu. 258. & 279. fol. 1501. eleganter post eum Ast. Cravet. in additio. ad proxim. Vestrii lib. 3. c. 7. nu. 4. post Abb. in cap. cùm sit Romana n. 10. de appellat. & per eundem Marant. Scaccia de appellat. quæst. 17. ampliat. 16. à nu. 44. Philip. Franc. in c. bon. memoria 51. sub num. 17. versiculo sed conclude sic, de appellat. Greg. Tholosa tratt. de appellatio lib. 1. cap. 11. sub num. 3. vers. 1. differentia fol. 86. & quod hujusmodi appellatio extrajudicitalis in beneficialibus habeat vim citationis, & devolvat causam ad Curiam tenet Rota, tete Caputq. decis. 35. appellaverat nu. 1. part. 1. Achilles Grassis decis. 14. petebat n. 2. de appellat. & decis. 5. alias 231. appellatio extrajudicitalis num. 1. & 2. de appellatio. fol. 106.

293 Sarnerius de triennali q. 54. vol. 4. infin. Gratian. obiter disceptat. foren. tom. 1. c. 66. sub n. 38. ubi tractat, an & quando appellatio extrajudicitalis inducat litis pendientiam, ex Sarnerio excipit appellations extrajudiciales in causis beneficialibus.

294 Quibus convenient, quod appellatio extrajudicitalis non est propriè appellatio, sed provocatio secundum Innocent. in cap. cum sit Romana num. 1. & Abb. num. 21. in fin. & rursus ipse Abb. in cup. bona memoria 51. num. 5. & 8. Decius num. 20. incommunica, de appellat. Caesar. Contard. in leg. unica limit. 1. num. 3. Cod. si de moment. possit. & ex hoc provocatio hæc: sive appellatio extrajudicitalis cùm proponatur in judicio, causa non cepta, sed ante illam, ut suprà diximus, ideo dicitur provocatio ad causam incipiendam. Innoc. in ditt. cap. cum sit Romana 5. sub num. 1. Abb. nu. 21. ad fin. Joan. Ferrar. tr. c. 7. de appellat. cap. 3. num. 17. tom. 5. folio 64. &

295 est velut prævia ad item incipiendam, ideo habet vim citationis, tenet Geminia, in cap. 1. num. 5. versiculo nota incidenter, de appellat. in 6. Gregorius Tolosa tratt. de appellat. lib. 1. cap. 11. sub num. 3. versiculo prima differentia fol. 86. Scaccia de appellat. quæst. 2. num. 34. num. 39. 296 & 49. ubi quod quando provocatur ab actu partis, appellatur ad judicem ipsius partis superioris; quando autem à judge extrajudicitaliter procedente, appellatur ad superioris ipsius.

297 Et iis addit, quod licet appellatio judicialis non interponatur à gravamine de futuro, sed de præterito,

SUMMARIUM.

1. Decreta judicis sunt actus extrajudiciales.
2. Decreta super alienatione rerum, aut Ecclesia, aut minoris extrajudicitaliter absque alterius citatione, est extrajudicitalis informatio.
3. Idem & in delegato, cui dirigitur commissio, ut se informet de utilitate ad alienandum.
4. Testes pro sola instructione judicis, & ejus animi motu sine partis citatione possunt recipi.
5. Informatio pro judicis instructione nullam habet formam judicis.
6. Informationis summarie exceptio super infamia delebit ad effectum relaxandi mandatum de personaliter comparando, est omnino extrajudicitalis.
7. Ad informationem pro instructione judicis, & ejus animi motu, testes non jurati recipiuntur.
8. Testibus non juratis potest credere index deputatus ad conferendum beneficium cum clausula (si idem inveneris.)
9. Ex testibus non juratis informatur conscientia judicis.
10. Testes requiruntur jurati, si princeps mandat alicui, ut se diligenter informet.
11. Decretum super alienatione rei Ecclesia aut minoris, & super transactione, aut confirmatione alicuius actus, &c. est extrajudicitalis.
12. Decreta judicis in quibus causis sunt necessaria, & quando in eis procedatur, remissive.
13. Extrajudicitalis actus non recipit appellacionem suspensivam.
14. A decretis super alienatione, &c. appellacioni non est deferendum, ut suspendat.
15. Ab insinuationis donationis decretis appellari non licet.
16. Ab insinuationis decreto donans appellare non potest.
17. Decretum in judicio est interlocutoria.
18. Decreta super alienatione, &c. non sunt interlocutoria, sed vim earum obtinent.
19. Decreta super alienatione, &c. nullius sunt prejudicii, sed semper intelliguntur absque tereti prejudicio.
20. Confirmatio non tollit defectum rei confirmatione extra confirmationem.
21. Decreta super alienatione, &c. non impedunt, ut aliter possit contra eam venire.

- 22 Decreta super alienatione, &c. non transeunt in rem
judicatam.
- 23 Solemnitatis, & decreta enunciata in alienatione re-
rum Ecclesiasticarum probant, donec de contrario
doceatur.
- 24 Solemnitatibus enunciatis in specie per tabellionem
statur, licet non in genere.
- 25 Solemnitatum enunciata per judicem in specie an re-
quiratur, vel in genere an sufficiat.
- 26 Executio non impeditur ob modicum prejudicium.
- 27 Decreta super alienatione, &c. expenduntur per mo-
num voluntaria jurisdictionis.
- 28 In his, que voluntaria sunt jurisdictionis, judicii per-
mittitur innovare.
- 29 A fasto mere voluntario appellatio non permittitur.
- 30 & 31 Decreta super alienatione, &c. expedita in
contradicitorio judicio recipient appellantem.
- 32 Actus voluntarie jurisdictionis per comparationem
contradicitoris efficiuntur contentiosi.
- 33 Assertioni executoris se informasse de utilitate Eccle-
sie pro alienatione statur, & pro ejus decreto pre-
sumitur.
- 34 Dummmodo tempus praeceperit, quis verisimiliter capi
potuit extrajudicialis informatio.
- 35 Vel dummmodo contrarium non probetur.
- 36 Executor super alienationis utilitate si non adegit con-
tradicitor potest sine citatione procedere etiamsi adit
clausula (vocatis vocandis.)
- 37 Executor sine alienatione, &c. cum clausula (cita-
tis citandis) est mixtus, si adegit contradicitor, & cu-
jus interest, est citandus.
- 38 Executoris super alienatione processui facto, & forma-
to abque tamen alicuius citatione, quia nullus adegit
contradicitor, nec ad id tenetur, an sit standum.
- 39 A confirmatione donationis aut cessionis jurispatro-
natus, appellationi non deferens ordinarius, an vim
faciat.
- 40 Jurispatronatus donationi si ordinarius non prestet
assensum, potest per superiorum ad id compelli.
- 41 Ab eo licet tunc appellare.
- 42 Confirmatio donationis jurispatronatus, recipit appelle-
tationem, si fiat cum legitimo contradicitore.
- 43 Executor datus pro confirmatione donationis jurispa-
tronatus procedit extrajudicialiter, & tunc ab eo
non appellatur.
- 44 Secus ab eo procedente judicialiter.

HEC questio licet ejusdem sit farinæ mate-
riæ, cuius & est proximè antecedens, quo-
niā tamē specialem requirit mentionem
ejus, & nos sequimur appetitum, in cuius implemen-
tum suppono; quod omnia judicis decreta sui sunt
natura actus extrajudiciales, in quorum dispositione,
ac interpositione judex extrajudicialiter procedit;
ita affirmant Decius in rubric. de judicio in decreta lectura 1. num. 4. & lectura 2. num. 3. sequitur Paz in praxi 1.
tom. annotatione 1. de judicio num. 9. dicentes decreta
judicis super prædictis minorum, vel Ecclesiasticis distra-
hendis, pro exequendis sententiis contra eos latis;
esse actus extrajudiciales, ac præterea nec eis conve-
nire judicij definitiōnem, de quorū decretorū
natura tractat Bald. in l. ne quicquam, §. ubi decretum,
ff. de officio. proconsul. & lega. Matthæus de Afflīctis
decis. 261.

2 Et propreca in eorum expeditione, ac interpositio-
ne, non adhibetur causa cognitionis judicialis, sed extra-
judicialis informatio tantum abque alicuius citatione,
ut probat celebris doctrina Abb. Panorm. eleganti
cons. 41. incipit, videndum, num. 1. ante fin. versio. ex
quibus verbis part. 1. quod consilium commendat Decius
cons. 341. n. 12. Capitius decis. 16. n. 4. Puteus decis. 432.

7 Quod & in tantum prefata doctrina est vera, & re-
cepta communiter, ut in hujusmodi informatione pro
satisfactione, & institutione judicis, seu ejus animo
informando testes recipi possint abque juramento,
quod & generaliter verum est, ut per gloss. in cap. 1. §. si
duo in vers. testamentum, de pace jur. firm. addition. ad
Bart. in l. iusjurandi in additione magna. vers. quid auem
informations C. de testibus, III. in l. admonendi, in l. lectu-
ra, nu. 230. & seqq. & n. 223. de jur. juram. ubi insert.

8 ad judicem deputatum ad conferendum beneficium,
cum clausula (si eum idoneum inveneris,) quod pot-
est tunc credere testibus non juratis, quod idem & vo-
luerunt Addition. ad Abb. in cap. suis el 3. in 1. additio-
ne litera A. vers. item addo de testibus. Crotus de testibus
n. 234. Mascard. de prob. lib. 3. conclusio 1362. n. 16.

9 Nam ex testibus non juratis informatur conscientia
judicis, ita docet Ripa in leg. admonendi n. 197. de jur.
jura. Romanus ibi n. 99. versicula, sed si non depont: quod
testes non jurati recipiuntur, non ad plenam in-
formationem, sed ad judicis informationem, Felin. in
d. c. tuis post numerum 2. versic. alius est quando agitur
Campag. de testibus, regula 167. post versiculum testi. si
non fuerit juratus, in 7 fall. Cattelia Cotta in memorabili-
bus versiculo testi non jurato, ad finem vers. notandum est
unus casus. Socinus in regul. 42. 4. in 4. fallen.

Hæc tamē ultima doctrina & conclusio de testibus
non juratis videtur non posse adaptari ad commissio-
nes, de quibus nos agimus super alienationem rerum
Ecclesiasticarum, & similiū, cū magis frequenter
soleant his verbis concipi; nempe ut te diligenter in-
formes de utilitate, &c. nam his inspectis, si his verbis
concipiantur, non procedit. Enim vero quando Prin-
ceps mandat alicui, ut se diligenter informet; tunc
necessarium est juramentum in testibus, ut tenet Socin.
locu proximè citato. Blanc. de judicis num. 328. practica
Conrad. rubrica de testibus num. 11. & quando Ponifex.
Monticel. in reperto. testium. rubrica. jurare debet testis,
fol. 127. colum. 1. vers. 3. Alex. Scat. in practic. judic.
c. 16. num. 80. Mascar. de probatio. lib. 2. concl. 1362.
n. 14. & 15.

10 Cùm igitur appareat; esse actus extrajudiciales, pu-
ta; decretum super alienatione rerum Ecclesiasticarum,
& minoris, ut l. 1. ob as alienum C. de prædictis mil. l.
que tutores C. de admin. tuto. decretum quod interponi-
tur in translatione rei stabilis minoris per Bald. in leg.
preses, C. de transact. decretum ad confirmationem ali-
cuius actus, de quo Bald. in l. non aliter C. de adopio.
idem in l. 1. nequidquam §. ubi decretum ff. de officio pro-
consul. & legati, col. 1. sub vers. sexto, & vers. decimo &
ultimo dicitur decretum, confirmatio & iterum n. 2. ad si.
per textum in l. in hac confusissima §. pens. vers. decimimus,
C. de test. Matthæus de Afflīctis decis. 261. vers. item
decretum ad confirmationem actus, qui quidem per to-
tam illam decisionem alia plurima decretta super ali-
mentorum futurorum transactione, juxta l. cum hi ff.
de transact. & de decreto in inventario tutoris; de-
cretu invenitio, & c. conjicit in unum, ut per te vi-
debis, & de variis decretorum speciebus, & in quibus
casibus locum habeant, & de singulorū natura, & mo-
do procedendi vide latissimè per Simoncellum in spe-
ciali tr. de decretis, & præcipue in præfatione, sunt ne-
cessariò regulanda secundum naturam extrajudicia-
lium, & sub ipsorum regulis continenda, dictantibus
ab aliis extrajudicialiter gestis appellationem suspen-
sivo effectu carere, secundum glossam ab omnibus re-
ceptam communiter, in c. non solum de appellat. lib. 6.
Abb. in c. cum nobis, col. 5. de electione Philip. Franc. post
alios in c. bona, col. 5. de appell. ubi etiam Præpositus qui
de communis testatur, Guido Papæ consil. 138. Roma.
decis. 34. alias 344. licet de appellat. in nov. Nicol. Milis
in repertorio verbo, attentata post. appell. fol. 30. Vestr. in
praxi Rome Curie, lib. 8. c. penult. ut lite pendente, &
Salgado de Protect. Reg.

11 Ceterum quia ista decretta nullius sunt præjudicij,
cum semper intelligantur concessa cum clausula ab-
que præjudicio tertii, ut de decreto confirmationis
docet Bald. in l. 1. in princ. ff. de confit. Principum. Andr.
Barbos. consil. script. penult. col. post consilium 103. Ale-
xand. 4. part. Barthol. Socinus consil. 164. visa Bulla
Bonifacii versic. sed ad hanc objectionem in 3. p. & hinc est
ut confirmans nihil novi dat, & si aliter actus aliquem
pariebatur defectum ultra confirmationem, post eam
etiam intelligitur durare, & afferri, ita Bald. in c. dudum
de decimis, ubi Abb. n. 11. dicit hanc esse hujus vocabuli